

cognitionem, quia hæc maxime conducit ad thesaurizandum in celo.

87. Probabilis secunda sententia. Hæc secunda sententia mihi est probabilior. Nam immediate antea dixerat Dominus: Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Illud cor explicat modò, quod est intellectus, qui purius si fuerit nullo obfuscato errore, sed ut clarè intelligat, secundum rectum dictamen; totum corpus tuum, hoc est, ut explicant Albertus Magnus, S. Thomas, Cajetan, omnis congeries tuarum actionum erit lucida, & bona. Si autem oculus mentis fuerit avaritia, ac cupiditate terrenorum obsecutus, totum corpus tuum erit tenebrosus, hoc est, omnes tuæ actiones erunt tenebrosæ, & sine luce divinæ legis. Pravo intellectus errore omnes actiones obfuscantur, ac deturpantur. Deinde, quia Dominus ab exordio capitis sermonem habuerat de intentione operis, & postea ab illis verbis: Nolite thesaurizare vobis thesauros; avaritiam excludit usque ad finem capitis, ut notat Franciscus Burg. Cornelius à Lapide. Et ita ait in sequentibus verbis: Non potestis servire Deo, & Mammona. Non videtur ergo hic congruè iterum interponere sermonem de intentione, siquidem de ea jam egerat, & aliam materiam erat exorsus.

88. Tertiò exponitur, & moraliter, à Glossa, S. Thoma, à Cardinali Hugone, ut per oculum intelligatur fides; unde, si simplex est, ita ut tendat in Deum, id est, non vacillet; facit totas nostras operationes lucidas, & fulgidas. At si ipsa lucerna fidei obtenebratur, nostræ operationes obscurantur. Quartò cum eodem D. Thoma, per oculum significatur Prælati, qui est oculus subditorum. Et recole, quod dixi in expositione ex Abulensi, quòd oculus non solum ad sui, sed etiam ad totius corporis utilitatem videt. Si ergo Prælati bene diriguntur, plebs tota populi lucet virtutibus. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius, Ecclesiastici 10.

89. Quintò, Si oculus fuerit simplex, purus, & modestus, totus homo, ac animus erit integritate, ac rectitudine purus, & compositus: nam oculorum modestia, ac turpitudine maxime refunditur in animum, & cor. Præclarè Salvanus lib. 3. de Gubernatione Dei, explicans illa Christi verba: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam peccatus est eam in corde suo, Matth. 5. num. 28. sic ait: Hinc intelligere plene possumus, quam castos nos esse, Salvator iusserit, qui etiam licentiam visionis abscidit. Sciens enim fenestras quodammodo esse nostrarum mentium lumen oculorum; & omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quasi per naturales cuniculos introire: extinguere eas penitus foras voluit, ne intus oriuntur, & lethaliter crescentibus fibris convalescerent fortasse in animo, si geminarent in visu. Et post pauca subdit: Quam pura est pupilla oculi, tam pura est Christiani hominis vita.

90. Ad nostrum intentum simplicitas, ac modestia oculorum, animi simplicitatem, ac puritatem generat, & comprobat. Cùm in spelunca Saul incidisset in manus David, à quo facile poterat occidi; reprimens David proprii animi sui motus à percussione se abstinuit. Postea loquens cum Saul ait: Cogitavi, ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus, 1. Reg. 24. numero 11. Cogitatio actus est nostri intellectus, qui dirigit, & gubernat per suum dictamen

91. At si intemperantia est in oculis, facile secum animum rapit. Ait Dominus Moysi: Azyma comedetis septem diebus, non apparebit apud te aliquid fermentatum, Exod. 13. num. 7. Ad quid prohibetur fermentari conspectus? In lege autem dicebatur: Non comedes azyma; & si adderetur nec fermentatum, aliàs qui comederit, exterminabitur de populo, plana erat intelligentia, & nulla difficultas. Sed ad quid apponitur: Non apparebit, non conspicietur fermentatum? Tanta est connexio inter oculorum visum, & mandatorum transgressionem, ut idem ferè reputetur, aspicerem rem illicitam, ac actionem prohibitam circa eam exercere. Et ita ait D. Augustinus lib. 10. Confessionum, cap. 34. Responso seductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei.

92. Ecclesia in hac prima solenni die Cincorum cum præsentis Evangelio memoriam mortis nobis adjungit: Memento homo, quia pulvis es, &c. his volens suos filios ad viam salutis perducere. Sed cur statim in hoc exordio non proponit alia efficaciora media, quæ dantur in militia Christiana, verbi gratia, actum amoris Dei, actum contritionis, actum fidei? Cur ad hos actus in limine hujus sancti temporis nos non exhortatur, sed ad jejunium, ac ad memoriam mortis? Meritò sanè: nam nostrorum malorum origo ex triplici radice pullulavit. Primò ex quadam mortis dissuasionem, quam Diabolus proposuit Evæ. Nequaquam moriemini, Gen. 3. num. 4. Secundò ex quadam Adami gula: Gen. 3. Deditque viro suo, qui comedit, ibidem, Tertio ex quo immoderatione oculorum: Vidit mulier, quòd bonum esset ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Volens Ecclesia origini nostrorum malorum efficaciter adhibere remedium, dissuasionem mortis apponit certam, & veram illius assertionem. Pulvis es, & in portionem pulverem reverteris. Adami an gulam forti antidoto jejuniij excludit: Cùm jejunavis, immoderationi oculorum apponit visum cautelam. Si oculi

93. Joan. 2. Cum Judæi accessissent, ut Christum Dominum tenerent, dixit ei noster Salvator: Si ergo me queritis, finite hos abire, ut impleatur sermo, quem dixit: Quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam, Joan. 18. num. 8. Vult Dominus, ut sui discipuli dimittantur, & non occidantur à Phariseis, ut adimpleatur verbum dictum, quòd ex discipulis eis traditis nullum eorum ipse perdidit; quod non solum de corporis, sed etiam de animæ perditione interpretatur S. Thomas, D. Augustinus, & ait: Hoc, quod dicitur, est intelligendum etiam quantum ad perditionem anime, quia Apostoli nondum sic credebant, quomodo credunt, qui non percutiunt. Et ideo, si tunc existissent de hoc mundo, fuissent de illis, qui percutiunt. Profusio propriæ vitæ consecrati, ac annumerari inter Christi asseclas, socios, & Apostolos, sed valde efficaciter conducit ad salutem assequendam. Et ob hanc causam candidati Martyres gloriosa morte pro Domino occisi, insigni laurea triumphant in celo. Et tamen si passionis tempore simul cum Domino cruciatibus occumberent Apostoli, perirent, ac in perditionem abiissent. S. Philippus Abbas epist. 14. Ex his, quæ ad salvandum Pater ei dederat, quempiam non amisit, quia occidi eos immaturo tempore non permisit. Interfici in odium Christi, efficacissimum medium ad salutem his erat, qui credunt, ut oportet, ut credunt illi qui salvantur. Occidi autem tempore Passionis, Apostolis erat mors immatura, & eorum dispositioni non erat satis proportionatum, cum adhuc non essent multum firmi in fide, nec enim, ut ait S. Thomas, sic credebant, quomodo credunt, qui non percutiunt. Ideo divina providentia reservantur in aliud tempus, nempe post adventum Spiritus sancti, quando ipsi jam tanquam immobiles, ac firmissimæ columnæ in fide, & in divina gratia confirmati, chlamide Apostolica, ac insigni martyrij palma ad præclaras cælestis beatitudinis sedes avolarunt.

94. Semper ex alio dictamine prudentiæ proportionatum medium tempori, occasione, ac dispositioni rerum exoptandum est. Apparet Deus Abrahamo, & Moysi. In habitu, forma peregrini Abrahamo se exhibet, Genes. 18. num. 2. In flamma ignis in medio rubi, Moysi se videntem præbet, Exod. 3. num. 2. Tam diversas præsentias Dominus in his apparitionibus assumit, cum tamen utriusque finis magnam inter se proportionem haberet: nam ad Moysen venit, ut Populum eximat de captivitate Ægyptiorum; Abrahamo autem se dat obviam Dominus, ut cum eo agat de altissimo Incarnationis mysterio in remedium totius generis humani. Si inter has apparitiones tanta interveniebat convenientia, quomodo externæ circumstantiæ ita inter se discrepant? D. Chryzolog. serm. 59. Cùm Abraham velut hospes adveniat, invitatus tota dignatione succedit, & divina collatione velut egens suscipitur, & acceptat humana. Ad Moysen igneus Deus glomeratur in rubo, deinde confert facientiam cum servo. A Moyle, disponit, se

aspiciendum in medio ignis, veniebat enim, ut flammâ sui furoris, ac iræ contunderet superbiam, ac contumaciam Pharaonis. At Abrahamo, forma servi indutus, ac multis benignitatis signis accedit; nam agebatur ibi de remedio humanæ miseræ. Et si superbia acrimonia ignis refrænatur; fragilitas tamen humanitate, ac tenera affabilitate reintegratur, fovetur, ac erigitur. Et ita pro opportunitate rei, ac occasionis diversimoda media erant eligenda. Vide supra cap. 2. n. 45. & 6. 5. n. 25. & 279. & cap. 7. n. 14. & cap. 14. num. 33.

Pro diversitate temporis diversum medium eligendum.

aspiciendum in medio ignis, veniebat enim, ut flammâ sui furoris, ac iræ contunderet superbiam, ac contumaciam Pharaonis. At Abrahamo, forma servi indutus, ac multis benignitatis signis accedit; nam agebatur ibi de remedio humanæ miseræ. Et si superbia acrimonia ignis refrænatur; fragilitas tamen humanitate, ac tenera affabilitate reintegratur, fovetur, ac erigitur. Et ita pro opportunitate rei, ac occasionis diversimoda media erant eligenda. Vide supra cap. 2. n. 45. & 6. 5. n. 25. & 279. & cap. 7. n. 14. & cap. 14. num. 33.

93. Joan. 2.

D. Thom. August.

S. Phil. Abb.

Applicandum medium tempori, ac occasione ac commodatum

94.

Genes. 18.

Chryzolog.

aspiciendum in medio ignis, veniebat enim, ut flammâ sui furoris, ac iræ contunderet superbiam, ac contumaciam Pharaonis. At Abrahamo, forma servi indutus, ac multis benignitatis signis accedit; nam agebatur ibi de remedio humanæ miseræ. Et si superbia acrimonia ignis refrænatur; fragilitas tamen humanitate, ac tenera affabilitate reintegratur, fovetur, ac erigitur. Et ita pro opportunitate rei, ac occasionis diversimoda media erant eligenda. Vide supra cap. 2. n. 45. & 6. 5. n. 25. & 279. & cap. 7. n. 14. & cap. 14. num. 33.



CAP. XVII.

Duobus dominis non servient.

Matth. 6. n. 24. Nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit, & alterum diliget; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire, & mammonæ.

VERSIONES.

Syracus. Aut unum honorabit, & alterum contemnet: non potestis Deo servire, & mammo uno divitiis. Pagnin. Euthym. Aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Theophylact. Aut unum parietur, & de serm. Dom. alterum contemnet. Arias. Aut unum amplexabitur, & alterum despiciet.

ALTER TEXTUS.

Luc. 18. n. 13. Nemo servus potest duobus dominis servire; aut enim unum odiet, & alterum diliget; aut uni adhærebit, & alterum contemnet: nō potestis Deo servire, & mammonæ.

EXPOSITIO.

DIXERAT Dominus supra num. 19. Nolite thesaurizare vobis in terra. Quod comprobatur, ac confirmatur triplici ratione. Primò; Ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, Res dissonum. 21. Secundò, Si oculus tuus fuerit simplex, enda non &c. Nunc adhibet tertiam: Nemo potest duobus dominis servire, suam doctrinam Dominus, non ventis potestare.

Chryso.

Idem.

Paschaf.

Interlin.
Haymon.
Anselm.

Cajetan.

Hugo.

August.
Syriacus.
Sape ob timorem multos honoramus.

Anselmus.
Carthuf.
Hugo.

Nullus sit securus, & captivus precum armum.

Hieron.

Euseb. Emif.

potestate præcipiebat, sed rationibus suadebat. Communis enim magister res, non vi, sed sapientia disponebat, ac consciebat. Hoc communi adagio, ut notat Chrysof. tacite occurrit Dominus cuidam objectioni, qua avatus tueri se poterat; nempe quod ipse volebat servire mundo, & non abstinere à Dei obsequio. Hanc cogitationem excludit Dominus: Non potestis duobus dominis servire; diversa, & contraria imperantibus, ut ait Chrysof. Nam si æque, & subordinatè mandent, facile eis obsequi potest, ut advertit D. Paschasius lib. 4. in Math. Et ita unus homo servire potest patri, & filio, Regi, & præfenti, Denotat Dominus hi, ut docent Interlineales, Haymon, D. Anselmus, quod non possunt servire Deo, & Diabolo, Religioni, & avaritiæ, seu mundo, virtutibus, & vitiis, tanquam contraria imperantibus. Unde nos exhortatur Chrysostomus, ut consideret homo suam miseriam, quia cum sit creatus, ut Deo serviat, per peccatum se constituit Diaboli servum.

Aut enim unum odio habebit. Probat sapientissimus Magister, quod unus homo non potest servire duobus dominis, diversa imperantibus; nam cum duo illi domini discrepent moribus, & imperatis, fit ut amborum servus, si spontè servit, ut ait Cajetanus, ut unum diligat, & alterum odiat; nam amor unius contrarij, odium est alterius. A verò si cogitur servire, neutrum diligit, amor est valde spontaneus, & non fit à coactione. Aut enim unum odio habebit, scilicet Diabolum, & hominem iniquum, non creaturam, ut ait Hugo, sed vitium. Et alterum diliget, scilicet Deum, ut est communis intelligentia Patrum, ac Expositorum. Qui verè Deo se consecrat, & ipsum diligit, odio habet mundum, & Diabolum. Aut unum sustinebit. Agit de homine addito obsequio Diaboli. Sustinebit, seu patietur, durum scilicet Diaboli jugum patietur, ut legit D. Augustinus, cum non amore, sed timore serviat. Seu, ut legit Syriacus honorabit, quia sæpe ob timorem multos honoramus. Et alterum contemnet, scilicet Deum, ac ejus præcepta delictis, & concupiscentiis postponendo. Et nota, quod, cum de aversionis à Deo fit sermo, non ait, odiet, sed contemnet, quia cum Deus sit summè bonus, nulla creatura eum odio habet in affectu, ut notant D. Anselmus, Carthufianus, Hugo, & alij.

Non potestis Deo servire, & mammona. Applicat jam superiorem doctrinam Dominus, & infert quandam conclusionem ad præfens institutum: non potest servire Deo, & divitiis, sunt enim duo domini contrarij jussis, & mandatis. Et ideo necesse est, ut qui adhæret Deo, neget servitium divitiis; aut si vult duram divitiarum tyrannidem sustinere, Dei obsequium contemnet. Notandum, quod non ait Dominus: Non potestis habere divitias: nam illas habuerunt Abrahamus, Isaac, Jacob, & Job, sed damnat, & condemnat, servire divitiis, seu esse servum, seu captivum divitiarum, ut est avarus. Accipe D. Hieron. Non dixit Christus, qui habet divitias, sed qui servit divitiis: Qui enim divitiarum servus est, divitias custodit, ut servus: qui autem servituti excoisset jugum, distribuit eas, ut dominus. Idem latè explicat Eusebius Emiffen. homil. in Dom. 15. post Pentecosten. Ille servit dicitur divitiis, qui eas, ut servus, custodit, ser-

vat, ac expendere non audeat, sed eis obsequitur, & famulatur. Dives est Deus sum, inveni idololum mihi, Osee 12. num. 8. Et Paulus ait: Osee 12. Ephes. 5. Avarus, quod est idolorum servitus, ad Ephes. 5. num. 5. Ita enim multi servant, & venerantur divitias, tanquam idololum suum.

QUÆSTIO I.

Quare inter hæc quatuor verba primò ponatur odium, secundo loco dilectio.

NOTAT D. Antonius Ulyssiponsis in Dominic. 15. post Trinic. quod quatuor verba hic apponuntur: Orie, diligit, sustinebit, contemnet. Unde ait S. Pater: Si diligis vitam, odis vitam. Si sustines populum, contemnes inferiorem, scilicet mundum. Et de converso, diligit te, qualem te Deus fecit: talem enim dilexit te; oam te, qualem tu fecisti te: si sine tuum speris, contemne tuum inferius, scilicet mundum. Hæc S. Pater. Sigillatim verba magis explicemus.

Primum verbum: Aut unum odio habet, & deinde dicitur, diligit alterum. Tamen primum est, odio habet. Nostra enim propositio maxime inclinata in odium, atque malum. D. Nisso I. de re ab Agypto, cum Pharaon magna exaudiret ita, atque odio, ait de eo Moyses: Dixit inimicus: Persequar, comprehendam & dividam spolia, & implebitur anima mea. Exod. 15. num. 9. Certum est apud Philosophos, quod omne agens prius intendit finem, & deinde accedit ad eligenda media: finis hic intentus à Pharaone erat, implere animam suam, dividere spolia Israel inter suos, ut ait Abulensis, utque illa suis militibus daret in præmium, ut tradit Joannes de la Haye in expositione. Persequi autem, & comprehendere, medium erat ad illum finem. Quomodo ergo medium prius elegit, priusque ei venit in mentem. Dixit inimicus, Persequar, & comprehendam? Nam, ut ait D. Athanasius in Apologia pro sua fuga. Persequi Diabolicum est inventum, & ab omnibus ille hoc nomine accusatur. Pharaon indole pessimus, etiam contra omnem naturæ dispositionem, ad illud primò rapitur, & illud primò intendit, quod odium, & malum importabat, ac diabolicum inventum erat.

Deinde secundo loco ponitur aliud verbum, diligit, scilicet Deum. Notandum tamen est, quod antequam dicatur: Diligat Deum; prius traditur, Odio habeat unum, scilicet diabolum, mundum, & vitia. Ut enim homo dilectioni Dei incumbat, omnique virtuti indulgeat, necesse est, ut prius ab anima vitiorum vepres evellat. Interfecto Agyptio Exod. 2. num. 12. Moyses ad Dei colloquium venit, & vocatur, Exod. 3. num. 2. Sed cur non potius eum occidit post visam Dei præsentiam, quando jam judicium potestatem habebat? Alto consilio totum est dispositum. Quia ut Moyses affequeretur Dei familiaritatem, & allocutionem, prius ei Agyptius occidendus erat, hoc est, mundus cum suis cupiditatibus. D. Ambrosius lib. 2. de Abel. cap. 4. Cum interficitur impius, Christus infundatur. Et ubi abominatio aboletur, sanctificatio cumulat. Quod confirmat S. Pater Numer. 3. num. 3. ait Dominus: Meum est omne primogenitum, ex quo percussit primo

Egressus malitia virtutis ingressus.

7. August.

1. Reg. 11. Gregor. Beda. Rupert. Rabanus. Carthuf. L. Jan. Hugo. Nilus Damian.

Qui servit Diabolo, omnibus sit in opprobrium.

8. Quem indignè ad dignitatem sublimis caput tuum ipse frangit.

primogenitos in terra Agypti. Ut Deus sibi consecraret primogenitos Israël, prius occidit primogenitos Agyptiorum, hoc est, mundanorum. Sic ait S. Doctor. Cum renunciat improbitati, statim adsciscitur virtuti. Egressus malitia, virtutis operatur ingressum, eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Et confirmat aliis exemplis, ac concludit. Alius non ingreditur Christus, nisi ut vitia excludat, quia non cohabitatur erroribus.

QUÆSTIO II.

Quare de dura diaboli servitute dicatur, quod eam homo sustinebit, seu patietur?

TERTIUM verbum in textu appositum, unum sustinebit; seu, ut legit D. Augustinus, patietur. Homo, qui se committit mundo, Diabolo, & vitiis, duram eorum tyrannidem sustinet, & patitur. Quot opprobria, calamitates, ac anxietates, in his inveniat, potius experientia conperiantur, quam verbis explicari queant. Perunt viti Jabez factus à Naas Ammonites. Quibus ille ait: In hoc feriam vobis factus, ut etiam omnium vestrum oculos dexteros, & penam vos opprobrium in universo Israël. Reg. 11. num. 11. Naas Diabolum significat, ut tradunt D. Gregorius, Beda, Rupertus, Rabanus, Carthufianus, Lyranus, Hugo, & alij cum D. Nisso. ad Abbaes, & Monachos. Qui ita ait. Naas cum Jabez factus aliter designatur invire, nisi oculum dextrum paciscatur erueret: quia quisquis, vel aliquo hosti in perversa suggestione subleatur, vel mendii hujus inquietis actionibus imbecatur, dum se tanquam superbo regi impiter fœderat, necesse est, ut dextrum oculum, hoc est, lumen contemplationis amittat. Et sic opprobrium in Israël ponitur: quia dum à contemplationis arce ad terrena, vel immunda qualibet exequenda devolvitur, consequens est, ut in Ecclesia probrosa derisionis obprobriationibus mordetur. Qui cum Diabolo, ac mundo factus inicit, ac eorum obsequio mancipatur, lumine oculorum privatur, ut suam miseram conditionem non videat; & in opprobrium, contumeliam, ac derisionem coram omni mundo datur.

Secundò dicitur, quod homo, qui servit mundo, & Diabolo, eorum dominatum sustinebit, & patietur. Per quod denotatur: quod multas afflictiones, miseras, ac cruciatus tolerabit homo in mundi, & Diaboli servitute. Et meritissimè tamen, quod ille, qui obsequium Mando, ac Diabolo præstat, ab ipsismet affligatur, crucietur, ac mille miseras sustineat. Qui enim indignis defert honorem, iusto Dei judicio, ab ipsismet molestat, infestatur, ac caput ejus pefundatur, & calcatur. Post primorum parentum peccatum ait Deus loquens cum serpente: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, Genes. 3. num. 15. Sed quomodo dicitur, quod ipsa mulier conteret caput tuum? Potius videbatur dicendum, quod ipse filius ejus conteret caput tuum. Quod

dubium attingens Procopius ait. De viro, qui non decepius erat, secundum Apostoli testimonium, prædicari conveniebat, ipse conteret caput tuum, vir namque fortior erat, & magis idoneus ad debellandum ac facilius præcavere potuit, si afferet dolo. At oportebat de infirmiori dici, inimicitias ponam, & ipsa conteret caput, ut fraudi, & dolo nullus daretur locus. Moraliter locum explico. Diabolus cum muliere agens & immediatè loquens, divinum ei omnino repugnantem, ac improportionatum obtulit honorem Eritis sicut Dij. Optime ergo serpenti in penam dicitur: Ipsa conteret caput tuum. Nam mulier, o Diabole, quam indignissimè ad altum divinitatis fastigium extolli te velle in affectu declarabas, ipsa pefundabit, comminuet, ac confringet caput tuum. Ita enim fieri solet, ut ab ipsis, quos immeritò sublimasti, sape conculceris; eorumque ascensibus, tuus sit descensus, ac præcipitium. Hæc videant homines, ut ab indignis promotionibus abstinant, & ita fraudi, & dolo nullus datur locus.

Ferunt ligna, ut ungerent sibi Regem, & c. Dixeruntque omnia ligna ad Rhamnum: Veni, & impera super nos. Qua respondit: Si verè me Regem vobis constituitis sub umbra mea requiescite; si autem non vultis, egrediamur ignis de Rhamno, & devoret cedros Libani, Judic. 9. num. 8. & 15. Ubi Judic. 9. obiter ponderandum est: Si verè me Regem constituitis; nam, cum se indignum imperio agnosceret, putabat, sicuti honorem esse oblatum. Abulens. Non dixit hoc aliqua de arboribus prænominate, sed dixit Rhamnus, eo quod, cum nullam haberet excellentiam, putavit, quod non vero corde alia ligna suinebant eum in regem, sed illud fore. Sed illud est expendendum ad rem nostram, quod ait: Egrediamur ignis, & devoret cedros. Nonne omnia ligna te regem constituerunt, cur cedros vis igne consumere? Rhamnus est valde humilis, & interimit abjectus, ac indignissimus imperio; & ideo nihil aliud primò affectavit, quam suos promotores primò consumere, & eradicare, ac in nihilum revertere. Gloss. Mor. Per Rhamnum, ait, significatur homines indigni promotione, & graviter puniunt, & ignem dissensionis emittunt, quo promotores sui destruantur.

QUÆSTIO III.

Quomodo peccator audeat, Dei mandata contemnere?

QUARTUM verbum appositum, Alterum contemnet. Qui enim mundi delictis, ac Diaboli lenociniis indulget, contemnit, Divus Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte, cap. 14. Alterum contemnet, dicit non odio habebit; nullus enim ferè conscientia Deum odisse potest. Contemnit autem, id est, non timet eum: qui quasi de ejus bonitate securus est. Vilis homo, dum peccat, ac divinam violat legem, supremam Dei majestatem contemnit. Sed quomodo misere homo non timet, tantum Dominum aspernare? Quomodo ejus justitiæ timore non percutitur? Agnoscat peccator summam Dei clementiam; ac de ejus bonitate securus in peccandi licentia multam sibi confidentiam assumit, seque judicans à præteritorum facinorum penam immunum